



Fr. Ord. Praed. S. Th. D.

Theologiae Studii generalis Ord. praed. Cracov: Aureum iunctae virtuti sapientiae tributum



AVREVM
Iunctæ Virtuti Sapientiæ
TRIBVTVM
Dum
ADMODVM REVERENDVS PATER,
P. IUSTUS
SŁOWIKOWSKI,
SACRÆ THEOLOGIÆ PRÆSENTATUS,
Conuentus Cracouiensis SS. TRINITATIS Ord: Prædic:
PRIOR VIGILANTISSIMUS.
A B
ADMODVM REVERENDO PATRE,
P. THOMA
SCHMITH,
SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORE,
Prouinciæ Poloniæ Ordinis Prædicatorum,
PRIORE PROUINCIALI DIGNISSIMO.
Spectante nobilissimâ Hospitum coronâ
DOCTOR
In Sacra Theologia.
Renuntiaretur.
PERSOLVTVM.
Votiuo Elogio



A Theologico Generali Studio eiusdem Ordinis & Conuentûs
Anno Incarnatæ Æterni Patris Sapientiæ M. DC. LXXXIII.

CRACOVIÆ, Typis Vniuersitatis.

529

PRænobilis triumpha virtus,
Tuis dies hæc dicata Sacris
Præmiorum, Dignitatum, Prærogatiuarum,
FÆCUNDA PARENS.
Ingeniosis ementitam commentis adulterantem conspicimus fortunam, pauperrimas suas spernimus cornucopias, nunc didicimus non nisi.
In Virtute fortunam Venerari.
Dum hac Promotrice victrices Doctoratûs Laureas tenentem,
Theologicas Magisterij Exedras exornantem
Admodùm Reuerendùm Patrem,
IVSTVM SŁOWIKOWSKI
Nobilissimi Conuentûs Cracouiensis
PRIOREM PRVDENTISSIMVM
conspicimus & veneramur
Iniustum equidem esset, ni IUSTUM Victrix coronaret sapientia, quam in IUSTO longè priùs eximiè coronauit Virtus
Profunditatem Magnitudinemq; Sapientiæ in DOCTORE *nostro perscrutari quisquis desideras, virtutem metire prius,* nam
Sapientiæ Mensura, virtus.
Hæc
Sic præproperè primam in eo praecucurrit infantiam, vt priùs
IUSTUS nominaretur quàm infans
Cæleste hoc Doctoratûs Tui præsagium.
Admodùm Reuerende PATER PRIOR *Dignißime,*
Soluisti facilè nouus sæculi nostri ALEXANDER
Gordium Orientalium Regum Sapientißimi Husitani Principis
quæsitum: quemnam sapientiæ esse
locum? dum hæreditariam illius sedem non aliam demonstrasti, nisi
I V S T V M.
Contra iustitiam enim esset, si alium occuparet;
Iustum

IUSTUM enim quidquid non est, iniquum est.
Ad profundißima Sapientiæ arcana, à scientiis tritam aperiri decisũ
Appiam ; at tu huic contraiuisti sententiæ.
Nam Sapientiam citius quam scientiam reperisti.
Dum
Diuinarum æternarumq́, cognitionem rerum florenti adhuc iuuenilique mente prius quàm humanarum attigisti: quarum vt sedulior esses contemplator, Diuinæ regulam veritatis arripuisti, perbelle sciens Sapientiam in terris suauiter viuentium minimè reperiri.
Exoticas spectasti Palæstras, an potius ab illis spectatus es.
Par etenim erat, vt externum Tibi Mineruæ quæreres Regnum
Dum Te Polona non satis caperet Pallas:
Spectauit Tuam Romanus Orbis Sapientiã.
Sapienti enim alienum nihil, nisi quod est virtuti incongruum, quocunquè accesserit sua omnia sunt, mundus totus poßeßio eius.
sic
Ciuem Te esse non peregrinum in Metropolitana Orbis totius Vrbe probasti, dum præstantissimorum Virorum sic animos deuicisti, vt hucusque in eis humanissimè hospiteris;
Optimè,
nam
Ad victorias nata Sapientia
Verum non Tibi soli laborasti, dum artes & scientias quas spirasti, aliis abundè.
Inspirasti.
Quarum difficillimas sternentem Moles vixque vincibiles,
Lectoratûs triennalis & Magisterij Studentiũ Thomisticæ, vniuersitatis Conuentus Crac: facilè te sperantem labores, quisquis contemplatus est, Thomisticum in te contra horrenda Hydræ capita dimicantem
HERCVLEM
est veneratus.
Sic victor in Polonæ SECRETARIUM assumptus Prouinciæ, ad intima quoq; Sapientiam tuam probasti arcana.
Ast

Iuncta virtuti sapientia Baccati Laurus tibi corollam præsentans,
an illam anteactis in præmium, an subeundis in stimulum
dedit laboribus

Dubium mouent,

Tentata & peracta feliciter actualis Baccalaureatûs certamina,
post quorum coronidem

Coronam Imperij sui Balticum Tibi obtulit Mare, non alium fluctuũ
suorum peritiorem æstimans Palinurum, nisi
eruditum.

Non ad Borussos tamen Promotrix virtus tua tantum stetit fines

Dum,

Te Polono Dominici cæli,
In Primam Lechici, Prioratûs Nobilissimi Conuentûs Cracouien:
erexit Polum
vbi
summam in regendo prudentiam, infractam in aduersis fortitudinem,
erga subditos beneuolentiam, humanitatem erga exteros,
cùm omnium loquantur ora,
Muta silet litera.

Ergo

Motrice & Promotrice virtute, Sapientia Assistrice
condigno potire præmio.
I quo te virtus vocat, quo inuitat eruditio
fausto conscende gradu.

CATHEDRAM DOCTORALEM

In te intaminata Thomistici Lycæi
Perennet fama
Tributaria operoso labori solidæ eruditioni

Viuat gloria.

Æuiternùm dies vitæ Tuæ sine nube
serenent soles
Fauentes votis nostris
subscribant superi
Sub Eximii honoris & amoris tui vmbris,
Theologicæ Palestræ securi degant Clientes.

